

The *Manipulus/Scotichronicon* Project  
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/Scotichronicon/index.html>)

## Milicia ac

...dicit Blesensis in epistola:

Hodie militaris disciplina, quam Vegetius Renatus et plerique alii docuerunt, prorsus evanuit.

Olim enim se vinculo iuramenti milites obligabant, quod starent pro rei publice statu, quod in acie non fugerent, et quod vite proprie utilitatem publicam prehaberent. Sed et hodie enses suos recipiunt de altare, ut profiteantur se filios ecclesie, atque ad honorem sacerdotii, ad subsidium Terre Sancte, ad tuitionem pauperum, ad vindictam malefactorum et patrie liberationem se gladium accepisse. Porro in contrarium res versa est. Nam ex quo hodie militari cingulo decorantur, statim insurgunt in christos Domini, et deseuiunt in patrimonium Crucifixi, spoliant et predantur subjectos sibi pauperes, et miserabiliter atque immisericorditer affligunt miseros, ut in doloribus alienis illicitos appetitus et extraordinarias impleant voluptates.

*Scotichronicon*, 5.32 (Watt ed., vol.3, p.94, ll.37-51).

(“...based on Peter of Blois, ‘Epistula XCIV’ (PL, 207, col.294). The phrase ‘for the relief of the Holy Land’ does not appear in the published text; for ‘who are subject to them’ appears ‘who are subjects of Christ’ (*subjectos Christi*).”: p.232, n.46-61.)

Hodie militaris disciplina, quam Vegetius Renatus et plerique alii docuerunt, prorsus evanuit.

Olim se iuramenti vinculo milites obligabant quod starent pro rei publice statu, quod in acie non fugerent, et quod vite proprie utilitatem publicam prehaberent, sed et hodie enses suos recipiunt de altari ut profiteantur se filios ecclesie atque ad honorem sacerdotii,

ad tuitionem pauperum, ad vindictam malefactorum et patrie liberationem se gladium accepisse. Porro in contrarium res uersa est. Nam ex quo hodie militari cingulo decorantur, statim insurgunt in christos Domini et deseuiunt in patrimonium crucifixi. Spoliant et predantur subiectos sibi pauperes et miserabiliter atque immisericorditer affligunt miseros ut in doloribus alienis illicitos appetitus et extraordinarias impleant uoluptates.

Idem (Petrus Blesensis) in epistola.

*Manipulus florum*, Milicia ac

Militaris hodie disciplina, quam Vegetius Renatus ac plerique alii docuerunt, prorsus evanuit,

et se in quamdam delinquendi libertatem, et scurrilitatis speciem deformavit.

Olim se iuramenti vinculo milites obligabant, quod starent pro reipublicae statu, quod in acie non fugerent, et quod vitae propriae utilitatem publicam praehaberent. Sed et hodie tirones enses suos recipiunt de altari, ut profiteantur se filios Ecclesiae, atque ad honorem sacerdotii,

ad tuitionem pauperum, ad vindictam malefactorum et patriae liberationem gladium accepisse. Porro res in contrarium versa est; nam ex quo hodie militari cingulo decorantur, statim insurgunt in christos Domini, et desaeviunt in patrimonium Crucifixi. Spoliant et praedantur subjectos Christi pauperes, et miserabiliter, atque immisericorditer affligunt miseros, ut in doloribus alienis illicitos appetitus et extraordinarias impleant voluptates.

Petrus Blesensis, *Epistolae*, 94 (PL 207, col.294B-C).